



# **Postillatio Ioan. Bugenhagii Pomerani in evangelia : usui temporum et Sanctorum totius anni seruientia, ad preces Georgij Spalatini scripta ...**

<https://hdl.handle.net/1874/452851>

# POSTILLA =

TIO IOAN. BUGENHAGII PO<sup>e</sup>  
MERANI IN EVANGELIA,  
usui temporum & Sanctorū totius an-  
ni seruientia ad preces Georgij  
Spalatini scripta.

HABES HIC ET CONCIONVM  
O meditationum copiosissimā syluam, quis  
quis es, cui cordi est pietas.



# POSTILLA

TIO IN EVANGELIA, VS VI  
temporum & Sanctorum totius anni  
seruientia.

## IN DIE PASCHAE.

Evangelion Marci ultimo.

Valde mane una sabbathorum &c.

1 Nihil de fructu resurrectionis dicendum est, quod ipsius resurrectio, sit nostra iustificatio. 1. Corint. 15. Rom. 4. & 6. cap. Et quod cernentes cum resurrexisse nostrā fidē confirmant, O mors ero mors tua &c.

2 Nec ratio humana non credit, ideo eunt emptum aromata, uncturæ corpus.

Omnia fūnt à mulieribus humano more, & ideo exprobrat eis incredulitatem.

## SECUNDA FERIA PASCHAE.

Evangelion Lucae ultimo.

Duo ex illis ibant &c.

1 Sic sumus omnes affecti, ut isti duo discipuli, si nobis relinquimur, dum in malum præsens respicimus, non in dei uerbū, quæ est diffidentia. Ostulti & tardi cor de ad credendum.

A 2 Reuocati

2 **N**e uocati ad uerbum, ardentius quidem accendi  
muri interpretatione, sed tamen primum cognoscimus  
**C H R I S T U M**, cum frangit nobis panem sui uerbi,  
singuloru[m] cordibus ipse doctor apponit.

3 **V**erbum dei accedit cor fidei, fides producit cha-  
ritatem, quae cogens etiam dicit: Mane nobiscum do-  
mine &c.

### **T**ERTIA FERIA PASCHAE.

**E**uangelion, Luce. 24.

**S**tetit I E S U S in medio &c.

1 **P**ax uobis, ego sum, nolite timere, Hic est fructus  
passionis & resurrectionis C H R I S T I, pax nostra,  
cognitio C H R I S T I, fiducia &c.

2 **N**emo desperet quod non satis fidat, Christus dicit,  
Nolite timere &c. Ipsi uero contra turbantur.

3 **H**anc infirmitatem, ut alia, fert in suis Christus, et re-  
uelat, uerbo & signis, sicut adhuc Euauelio et sacra  
mentis facit.

4 **S**criptura de Christo morituro & resurrecturo,  
fructum uero prædicationis spiritualis uitæ, & resur-  
rectionis peccatoru[m] in omnes g[ener]es per nomē ipsius  
& per nihil aliud esse.

### **Q**UARTA FERIA PASCHAE.

**E**uangelion Iohannis. 21.

**M**anifestauit se iterum Iesus &c.

*La bore*

5.

1 Labore et sudore uultus uult nos uiuere dominus,  
iccirco talibus apparet, non pharisæis in templo.

2 Officijs charitatis uult cognosci dominus. 2. Pet. 1.  
Satagit et c. uiuentibus sibi absconditur.

3 Allegoria. Nocte nihil prenditur Christo i. prædicatione legis et operū. Paulus: Nox preceſt. Mane i. Rom. 13.  
cū cooperint corda nostra ſpiritu reuelari, apparet qui dē, sed uerbo cognoscitur eſſe dominus et triūphator legis, peccati, mortis et inferorum.

4 Eadē est fides sanctorum, non eadem opera, omnes enim ueniuunt ad Christum, sed alius pedes, alius nauigio etc.

5 Attende quod omnes per tribulationes ueniuunt, quæ aquæ dicuntur in scripturis. Psal. Quoniā intra= Psal. 68.  
uerunt aquæ, usq; ad animam meam.

### IN OCTAVA PASCHÆ.

Evangelion Iohannis. 20.

Cum sero eſſet factum et c.

1 Defectus fidei in discipulis. Metuunt (ut oēs quotquot non sunt ſpiritu confirmati) et præterea Thomas non credit.

2 Sine manifestis signis nō credunt, sed beati qui nō uiderunt et crediderunt.

3 Signa unde ipſe cognoscatur, ostendit. In tribulacione et cruce diſces CHRISTVM.

- 4 Pax nostra est fructus resurrectionis.  
5 Sicut Christus missus est, ita & nos mittimur. Ne  
mo ergo speret sine cruce glorificari.  
6 Potestatem ligandi & soluendi habent uere Chri  
stiani. i. in quibus est Christi spiritus.  
7 Haec autem scripta sunt &c. Hic uides quae scripsit  
Iohannes satis esse ad fidem, & ubi fides sit, illic esse  
uitam per mortem Christi, uana est ergo doctrina qua  
non est Euangelica.

### Dominica misericordias

DOMINI.

**E**uangelion Iohannis 10.

**E**go sum pastor bonus &c.

- 1 Christus solus pastor est, Pascit autem uerbo sicut di  
Iordan. 21. cit Petro, ut credant, ut uiuant, alia sunt uenenum.  
2 Christus sollicitus excubat pro omnibus suis, confessio  
latio magna, de qua loquuntur prophetæ.  
3 Christus ut solus pastor est, ita solus nouit qui sunt  
sui, quem oues in uerbo cognoscunt.  
4 Una quidē vox est. i. uerbū Christi, sed diuersa uo  
catio, uocat enim nominatim, huc sic, aliud aliter.  
5 Traditiones humanas hic pastor non nouit, cuius  
Ioan. 18. regnum non est de hoc mundo.  
6 Qui sua querunt, in tentatione non persistunt, dum  
frustrantur, eo quod quæsierant.

Dominica

## Dominica iubilate.

**E**uangelion Iohannis 16.

**N**odicum & iam non videbitis me.

**1** Fides uera tentatione probatur, Tunc enim uideatur Christus abesse.

**2** Amarior fit tentatio, quod deus aduersarijs uideatur fauere, mundus gaudabit &c.

**3** Consolatio ex uerbo, Fidelium tristitia tempora=ria est, læticia æterna, Infidelium gaudium tempora=rium, tristitia æterna.

**4** In omni tribulatione et aduersis solemur nos hac similitudine: Mulier cum parit tristitiam habet.

## Dominica cantate.

**E**uangelion Iohannis 16.

**V**ado ad eum qui me misit.

**1** Christi regnum est spirituale, non externa admini stratio, ergo fiduciam carnis auferit, ut spiritu possit re gnare in cordibus credentium.

**2** Caro uult sine cruce glorificari.

**3** Spiritus sanctus arguet mundū. i. oīa nostra mortifi cat & damnat, peccatum, iustitiam, iudicium.

**4** Ergo sine spiritu, nobis nostra placent, et manemus in damnatione, quacunque sanctitate & sapientia ui deamur aliquid esse.

**5** Spiritus docet omnia que scire oportet, profecto

A & non

- Nota.** non alia q̄ quæ Christus docuit. Docuit Christus, sed uerbū sine spiritu nō intelligitur. Suggestet &c.
- 6 De peccato quia nō credit etc. Ergo sola incredulitas uere peccatū est, reliqua sunt huius radicis fructus.
- 7 De iusticia, quia ad patrem uado &c. Regnū non externum auspicaturus. Et iam nō uidebitis me etc. quia regnū meum nō est de hoc mundo, ut confundatur totus mundus, per spiritū, quod mundus ponit iustitiam in externis.
- 8 De iudicio &c. Quod mundus nō iudicat & condemnat, sed probat Sathanam iam iudicatū. i. cuius regnum iam iudicatum est, errore detecto.

### DOMINICA VOCE M IOCVND Itatis.

Euan gelion Iohan. 16.

Quicquid petieritis patrem &c.

- 1 Promissio. Non solū promittit, sed & iurat nos exaudiendos, sed per se mediatorem, sacerdotem.
- 2 Petendum autem hoc, ut habeamus pacem per fidem Rom. 5. quod est gaudium plenum.
- 3 Hæc in proverbijs &c. Hactenus meū uerbum non potuistis capere, omnia uidebantur uobis esse proverbia, et obscura quædā. Veniet tempus ut cū dedero spiritum, quando per spiritum meū palam loquar. i. aperte in cordibus uestris ea quæ patris mei sunt. Summa, sine spiritu nō intelligitur uerbū. In illo die, s. accesso
- Nota.** sine spiritu nō intelligitur uerbū.

do spiritu. Ecce nunc palam loqueris &c. presuma  
ptio est, non intelligentium uerbum.

## IN DIE ASCENSIONIS.

**E**uangelion Marcii ultimo.

**D**iscubentibus undecim etc.

**E**uangelion hoc exponunt contra Euangeli*histo*  
*riam*, in quo quidā offensi, putant quædam nō scripta  
à Marco, sed error est & indiligentia. Marcus scribit  
summā illorū quæ gesta sunt, à resurrectione usq; ad  
inuulgatum mundo Euangeliū. Nouissime, non in die  
Ascēsiōis, sed in uesterra diei resurrectiōis post appa-  
ritionē in Emaus, Luc. 24. Iohān. 20. Et dixit eis, alio  
die in monte Galileæ: Euntes in mundū &c. Matth. ul-  
timō. Et dominus quidē Iesu postq; locutus est eis. s. die  
quadragesimo, Act. 1. Illi autē profecti sunt. s. pōst acce-  
ptum spiritum &c.

1 Fidei tarditas et imperfectio in sanctis, est nobis ma-  
gno solatio.

2 Prædicate Euangelion, nō aliud, omni creaturæ,  
non solū Iudeis, sed & gentibus, principibus etc.

3 Euangelion audire uanum est nisi credas, oportet esse Theodidactos.

4 Ad infidelitatem relaberis, nisi iugiter baptiseris  
igni & spiritu sancto. s. usq; ad nouissimum diem.

5 Signa ad infidelitatem data sunt, ut per hæc ostendatur

A 5 deretur

deretur mundo, hoc esse uerbum dei quod prædicatur  
domino, inquit, cooperante &c.

6 **S**igna facta sunt, et iam beatificamus dei Aposto-  
los, ergo non opus est signis, ut sciamus eorum uerbum  
esse dei.

7 **S**ed audimus, habent Mosen & prophetas, habet  
Christum & Apostolos, illos audiant.

8 **I**n spiritu tamen hec omnia signa fiunt, usq; ad cō-  
summationem mūdi. Euangelio ejicitur princeps te-  
nebrarum cum suis serpentibus Gen. 3. cap. Noua con-  
fessio auditur in conuersis, Et si quid infidelitatis nobis  
inciderit, protinus uerbo fugabitur, ut discamus non fi-  
dere nobis. Et præterea credentes aliorum infirmita-  
tibus & compatientur, & medebuntur.

9 **C**hristus uisibilem speciem hinc abstulit (sic enim  
expediebat) ut doceret regnum suum non esse in ele-  
mentis mundi huius. Coloss. 3. Si cōsurrexitis cū Chris-  
to &c. ut s. regnaret in cordibus credentium. et sacer-  
dos esset in æternum apud patrem pro nobis.

### **D**OMINCA EX AVDI.

**E**uangelion Iohannis 15.

1 **S**piritus ueritatis dicitur, quia ueraces nos facit, si-  
ne quo omnis homo mendax est. Quid ergo liberū ar-  
bitrium, & doctrinæ humanæ? Spiritu dei inspirati lo-  
cuti sunt prophetæ & Apostoli a. Petri. 1.

- testimoni-

6.

2 Ille testimonium &c. Rom. 8. Spiritus testimonium reddit. Spiritus intus, uos uerbo foris.

3 De scandalo crucis & stultiæ Christianæ prima Corinth. primo cap.

## IN DIE PENTHECOSTES.

Euan gelion Iohannis 14.

Si quis diligit me &c.

1 Si quis diligit &c. In hoc uerbo te contēplare num credas, Dilectio & fides non separantur.

2 Veniemus &c. Templa dei sunt credentes, uncti spiritu Psal. 40. 1. Iohan. 2. cap.

3 Sermo Christi nō est carnalis, sed potētia dei. Ro. 1.

4 Paracletus docet omnia, non foris audita prædicatione, quæ est tantum ministratio spiritus.

5 Hinc somniant nostri, quod spiritus reuelat multa, alia ecclesiæ, præter Euangelion Christi: Quaecunq; inquit, dixi uobis, non alia.

6 Pacem quæ est nobis in Christo per fidem iustifica Rom. 5. tis, & mundus & princeps mundi impugnant.

7 Ut cum factum fuerit credatis. Cum abiero ingruerit uobis tentatio & persecutio. Tunc hæc uerba sint uobis solatio. Questio Augustini nihil est i hoc loco.

## FERIA II. PENTHECOSTES.

Euan gelion Iohan. 3.

Aic deus dilexit mundum &c.

Dilexit

- 1 **P**ilexit nos in dilecto filio suo ante mundi constitutionem Ephe.1. Ergo sicut Christus perire non posset, ita neque nos modo per fidem simus in Christo Ro.8. Qui proprio filio suo &c.
- 2 **N**on misit &c. s. nunc. Nam post nō dicitur mitti, sed uenire ad iudicium, sicut ubique legis.
- 3 **C**aro iudicium dei ignorat, sicut & iustitiam dei. Non uidet incredulos iamiam esse damnatos.
- 4 **H**oc est iudicium &c. Vide hic quid sit Iohan.16. Arguet mundum de iudicio.
- 5 **V**ide hic opera bona esse fructum lucis fidei, mala tenebrarum. i. infidelitatis & hypocrisis.

### **F**ERIA III PENTHECOSTES.

**E**uangelion Iohan.10.

Qui non intrat per ostium &c.

- 1 **S**olus Christus pastor, ostium, ostiarius, habet uerbum uitae, reuelat patrem.
- 2 **A**lij qui ueniunt. i. qui nō intrant per ostium nō habentes uerbum uitae, fures sunt & latrones querentes sua, docentes iustitiam humanam et mandata hominum.
- 3 **O**ues Christi, solius Christi uocem agnoscunt et sequuntur.
- 4 **V**ocat nominatum. i. alios sic alios aliter, nouit de us qui sunt sui. Non est ecclesia quae gloriam mundi sequitur, & in mundo magnificatur.

Feria

## FERIA IIII. PENTHECOSTES.

**E**uangelion Iohannis 6.

**N**emo uenit ad me. &c.

**1** **N**on cognoscitur Christus nisi patre trahente. i. in-  
tus docente. Matth. 16. Caro et sanguis &c.

**2** **C**hristus est lignu uitæ, à quo prohibitus est Adam  
Est sapientia dei. Prover. 3. Precciosior est &c.

**3** **M**anna uetus. i. iustitiæ legis nō uiuificabant. Chri-  
stus creditus uiuificat in æternum.

## DOMINICA TRINITATIS

**E**uangelion Iohannis 3. cap.

**I**rat homo ex phariseis &c.

**1** **E**gregium hic est exemplu sapientiæ rationis &  
stulticiæ Christi, siue iustitiæ spiritus.

**2** **V**ir sapiens & inculpatus arguitur, quod quæ dei  
sunt ignorat, qui nihil minus sperauerat.

**3** **I**ustitiam legis putat aliquid esse, Christus docet 1. Cor. ■  
iusticiam esse regenerationem. i. carne mortificari.

**4** **Q**uomodo potest &c. Ratio humana comprehen-  
dere non potest, iustitiam dei stultitiam iudicat.

**5** **S**ic est oīs etc. Ergo occulti sūt spuales et à carne nō  
agnoscuntur. Quid ergo nobis cū pōpa ecclesiastica?

**6** **Q**uod natum est &c. Hic omnia nostra quanti su-  
mus damnantur. Crificandum.

**7** **N**emo etc. Ostēdit se p stulticiā crucis cū suis glo-  
In die

## IN DIE CORPORIS CHRISTI.

**E**uangelium Iohannis 6.

**C**aro mea uere est cibus *et* c.

- 1 **S**atis ex textu constat hoc de sacramento panis ac uini nō dici, sed de fide. **Q**ui credit Christi carnē *et* sanguinē pro se traditū, *is* edit et bibit in spū sine cessa tione, quia nunq̄ cessat credere. **H**oc modo indigne nūt̄ **q̄** editur et bibitur Christus. **I**mō nō potest aliter edit et bibi, nisi digne. i. per gratiam *et* uitam æternam. **S**acramentum multi indigne edunt. 1. Corint. 11.
- 2 **Q**ui credit ī me etc. Exponit qd sit edere et bibere.
- 3 **I**go sum uita eius, sicut pater est uita mea.
- 4 **D**e diff̄erentia mannae *et* huius panis. **U**ide supra fr̄ia 4. penthecostes.

## DOMINICA PRIMA POST

TRINITATIS. Vide Sermonem

Martini Lutheri, de dimitte et lazaro. Luc. 18.

## DOMINICA II. POST TRINITATIS.

**E**uangelion Luc. 14.

**H**omo quidam fecit cœnam magnam.

- 1 **A**d gratiā euangelicā uocantur multi, predica tione uerbi, uenirent multi, sed timent suis cōmodis.
- 2 **V**illam aut inga boum emere' *et* uxorem ducere non sunt peccata, sed peccant qui propter hæc nolūt̄ uenire ad cœnam.

*Hi non*

<sup>3</sup> Ni dicuntur rapere aliena, sed emere sua, non  
scortari et adulterari, sed ducere uxorem. In specie  
ciuiles et optimi uiri, sed sine timore dei et fidei.

<sup>4</sup> Iudei qui uidebantur legis obseruatores, primi  
in uitati sunt, Deinde qui in Iudea erant publicani, me  
retrices et peccatores uenient, Tertio gentes perdi  
tissimi deccatores extra Iudeam.

### DOMINICA III. POST TRINITATIS.

Euangelion Lucæ.15.

Erant appropinquantes &c.

<sup>1</sup> Fides peccatorum. i. qui se agnoscunt.

<sup>2</sup> Murmur phariseorum. i. qui sibi iusti sunt.

<sup>3</sup> Euangelij natura.

<sup>4</sup> Charitas dei commendatur, in Christo nos pecca  
tores reducentis.

<sup>5</sup> Iustitia per solum Christum est. Quis se reducere  
non potest. Drachma se redinuenire non potest. Con  
tra liberum arbitrium.

### DOMINI. IIII. POST TRINITATIS.

Euangelion Luc.6.

Istote misericordes. &c.

<sup>1</sup> Credentibus misericordiam mandat. s. non iudica  
re, non condemnare, donare peccata et iniuriam.

<sup>2</sup> Sic nomine fratris reddet nobis deus sicut feci  
mus fratribus. Simile alibi: Recipient uos in æterna Luce,  
tabernacula.

tabernacula.

3. Iudicium hominum contra fratres , non solum esse  
iniquum, sed etiam impium, meram hypocrisim.

**D**E EVANGELIO . V. DOMINI  
et post Trinitatis lege sermonem Martini Lu-  
theri, de festo Petri & Pauli.

**D**OMI. VI. POST TRINITATIS.  
**E**uangelion Matth.5.

Nisi iusticia uestra &c.

1. Iustitia dei esse per fidem, hoc est , cordis iustitia,  
externa iustitia quantūcunq; speciosa, pharisaica est.

2. Arborem bonam uult dominus, sine qua fructus bo-  
ni non sunt.

3. Iustitia pharisaica est, Non occidere manu , licet  
irascaris interim corde , Iustitia Christianorum non  
irasci quidē, hic semper necesse est, ut postulemus ue-  
niam à deo, cognoscentes nos peccatores , id quod ad  
hanc iustitiam pertinet .

4. Sine reconciliatione fratris , nihil acceptum deo,  
Et uel hinc discant nostri , quæ sunt opera bona que  
deus magnificauit.

**D**OM. VII. POST TRINITATIS.

**E**uangelion Marci.8.

Cum turba plurima &c.

1. Misereor &c. Repetendum est Matth.6. Scit pater  
uester

uester quod his indigetis. Locus contra temptationem  
de uictu.

2 Vnde? &c. Diffidentia sanctorum quā legimus, nos  
solatur, ne desperemus, ppter imbecillitatem fidei.

3 Si hæc recte intueremur, contra omnem rationis  
dispensationem fieri, cogitaremus. Non te deseret de-  
us forte duos dies uicturus, qui te triginta annis abun-  
de pauit.

4 Omnis creatura dei bona est, si cū gratiarum actione  
sumatur, sanctificatur enim per uerbum. 1. Timo. 4.

DOM. VIII. POST TRINITATIS.

Euangelion. Matth. 7.

Attendite à falsis prophetis etc.

1 Doctrinæ dæmoniorum in hypocrisi, loquentium  
mendacium. 1. Timo. 4.

2 Speciem habentes pietatis, uirtutem eius abnega-  
tes. 2. Timo. 3.

3 Confitentur se nosse deum, factis autem, quibus tri-  
buunt iustitiam, negant. Titum. 1.

4 Magistri mendaces qui introducent sectas perdi-  
tionis. 2. Pet. 2.

5 Sed nihil operum quod non reueletur Matth. 10. In-  
sipientia eorum crit nota oībus hominibus. 2. Timo. 3.

6 Hodie fructus uidemus, deo aperiente nobis occa-  
los. Nihil est quod hæc exponant de crassis peccatis,

B De his

**M**atth. 7 De his dicit, Qui uenūt in uestimentis ouium & dicunt domine domine &c.

**D**OMINICA IX. POST TRINITATIS, uide Sermonem Martini Lutheri de Mammone.

**D**OMI. X. POST TRINITATIS.

**E**uangelion Lucæ 19.

Cum appropinquaret &c. Fleuit.

1 Hoc Euangelion docet nos fidem & charitatem & admonitionem. Fidem in eo quod prescribit nobis Christum qualis sit, uide Zachariae 9.

2 Christus suæ laudis oblitus, quæ offerebatur sedenti super asinū, flet mala uentura populo. Charitas.

3 Tempus uisitationis suæ non cognoscunt, qui iam prædicato Euangeliu non suscipiunt Christum, hinc pereunt. Admonitio hæc est.

4 Et hodie quid aliud est ecclesia quam domus negociationis, omnia uenduntur nobis etiam ipsa remissio peccatorum.

**D**OMI. XI. POST TRINITATIS.

**E**uangelion Lucæ 18.

Ascendebant in templum duo homines.

1 Lucas sua præfati uncula declarat parabolam.

2 In phariseo uides exemplum illorum qui fidem non habent, & suis operibus se iudicant sanctissimos.

Publicanus

10.

<sup>3</sup> Publicanus sine omni merito per solam fidem (qua  
soli deo tribuit iustitiam, & non diffidit de pietate be  
nigni patris) iustificatur.

<sup>4</sup> Vnde parabola ostendit nos sola fide iustificari  
absq; omnibus operibus & meritis.

## DOMI. XII. POST TRINITATIS.

**E**xiens Iesu. Marci. 7.

<sup>1</sup> Fides aliena offert dæmoniacum Christo, ut et ipse  
expulso dæmone possit credere.

<sup>2</sup> Sic fides aliena mihi subuenit, ut propriam det mis  
hi Christus fidem, Sic pro Turca oramus.

<sup>3</sup> Fide iustificatus audit uerbum, & ore confitetur  
Christum, Fructus noui hominis.

<sup>4</sup> Et præcepit etc. Declarat se nō suā gloriā q̄rere.

Rom. 10.

## DOMI. XIII. POST TRINITATIS.

**E**vangeliū Luc. 10.

**B**eati oculi &c.

<sup>1</sup> Videbant discipuli & audiebant carne, & mente  
intelligebant utrūq; non est datum ueteribus sanctis,  
qui etiam in carne & uidere & audire cupiebant id  
quod spiritu præuidebant, pharisæi uero qui uidentes  
& audientes non intelligehant. Esaiæ. 6.

<sup>2</sup> Quid faciendo &c. Populus legis de operib. le  
gis interrogat, lex dilectionem cordis requirit.

<sup>3</sup> Diliges &c. Hæc lex nos omnes dannat.

**B** = Proximus

4 Proximus est quicunq; egenti potest beneficere.  
5 Si quid super erogaueris & c<sup>r</sup>stulti hinc confra-  
mant humanas traditioes sed frustra. Duo denarij sunt  
quos supra dixi, unum & olicum. i. lex & Euangeliz-  
um. Quid enim aliud pro cura ægroti cōmittetur fa-  
mulo, q; quibus ipse usus fuerat? Aut certe sunt fides et  
charitas, quæ sola prædicanda sunt, Nam stulti Episcop-  
i supererogare uolunt, qui nondum erogauerunt.  
6 Supererogare nō est præceptum ijs & traditioni-  
bus onerare ægrotū, Quid enim stultius? Sed fidele cō-  
siliū dare ubi manifestum non habes dei uerbum, si-  
c ut Paulus fecit. 1. Corinth. 7.

#### **D**OM. XIII. POST TRINITATIS.

Vide sermonem Martini Lutheri.

#### **D**OM. XV. POST TRINITATIS.

Euangelion Matth. 6.

- Nemo potest duobus dominis seruire &c.  
1 Qui uolunt diuites fieri &c. 1. Timoth. 8.  
2 Laborandum est, sed cura & sollicitudo deo relin-  
quenda. Exemplū agricolæ q postquā oīa fecit, expre-  
stat à deo fructum & messem, Omnes sicut tentamur.  
3 Qui oīa uestit et nutrit, quorū ipse creator est, ma-  
gis nos uestit et nutrit, quorū præterea etiā pater ē.  
4 Gentes sunt, non Christiani, qui deo non con-  
fidentes suam prouidentiam statuunt sibi.

Hoc tan-

<sup>1</sup> Hoc tantum contendite precibus à deo, ut sitis per fidem filij eius, et haec oia adiicientur à patre, filij non prouident sibi sed pater ipsis. Magna consolatio.

DOM. XVI. POST TRINITATIS.

Euangelion. Luc.7.

<sup>1</sup> Ibat I E S V S in ciuitatem Naim.  
<sup>2</sup> Charitas sui obliuiscitur & miseras sentit proximū, ita hic Christus uiduam hanc sibi induit.

<sup>2</sup> Allegoria. Concupiscentia ex Adam, nos contine fert in sepulchrum, tenens usq; in mortem, hic nullum remedium est nisi misericordia Christi, huius tactu, in corde cessat impetus ille, huius uoce. i. uerbi prædicatione, quod efficaciter tangit cor, mortui reuiuscimus in suam gloriam.

DOMI. XVII. POST TRINITATIS.

Euangelion Luc.14.

<sup>1</sup> Cum intraret I E S V S in domum cuiusdam &c.  
<sup>2</sup> Bene sentit hydropicus de Christo, Ecce fidem.  
<sup>3</sup> Christus miseretur, Ecce charitatem.  
<sup>4</sup> Opera bona sunt, seruire proximo.  
<sup>5</sup> Charitas dispensat etiam de manifesta lege dei,  
Non sic Hypocritæ sentiunt.  
<sup>6</sup> Sabbatum illud carnis, sabbatum Christianum significabat. Esaiæ. 56. Heb. 4.

<sup>6</sup> Omnes inuitati sumus ad dei gratiā, sed Pharisæi  
B 3 sedent

*sedent in primo loco per hypocriticam sanctitatem.*

**DOMI. XVI. POST TRINITATIS.**

*Euan gelion Matth. 22.*

*Pharisei audientes &c.*

1 *Hæc duo mandata nos damnant, tantum abest ut lex iustificet.*

2 *Solus spiritus ea implet. Ergo quicquid est nostrum, aduersum est legi dei.*

3 *Si omnia in dilectione consistunt: Ergo opera non iustificant, sed sola fides. Felix qui habet eam.*

4 *Christus deus est et homo, filius et dominus. Undis, Ergo solus inter Deum et hominem mediator est. 1. Timoth. 2.*

**DOMINICA XIX. POST TRINITATIS.**

*Euan gelion Matth. 9.*

*Ascendens IESVS in nauiculam etc.*

1 *Aliena fides offert quidem peccatores, sed fides propria mox exigitur. Confide inquit.*

2 *Mundus et caro sua sapientia iudicat contra euangelium, non creditur per Christum remissio peccatorum,*

3 *Externa miracula quæ uidentur, interne sanationis et remissionis peccatorum signa sunt.*

4 *Certis sumus, per Christum nos habere remissionem peccatorum ex promissione, quia uerax est, et*

*2. Tim. 1. ex potestate, quia deus est.*

*Dominica*

15.

DOMI. XX. POST TRINITatis.

Evangelion Matth. 22.

- 1 Loquebatur I E S V S cum discipulis in para. &c.  
De nuptijs Ephe. 5. Iudæi contemptores, occiso-  
res, contemnuntur & occiduntur.
- 2 Tales sunt hoīes oēs natura, si sibi permittantur.
- 3 Extra erant gentes, i.mere peccatores, hi introdu-  
cuntur. Sed hinc ejicitur populus solo nomine Christi-  
anus. Non habet uestem nuptialem, qui fidem non ha-  
bet, qua sola istae nuptiae celebrantur, quam ueste ami-  
serunt primi parentes, sua nuditate confusi &c. Fides  
tegit omne quicquid ex Adam est. Beati quorum remis Psal. 31.  
Se sunt iniquitates &c.

DOMINICA XXI. POST TRINITatis.

Evangelion Iohan. 4. capi.

Erat quidam regulus &c.

- 1 Exemplum in quo uides quo proficiat imperfecta  
fides, modo non cesset orare.
- 2 Liberatio à tentatione. Confirmatio est fidei ad  
persistendum in temptationibus futuris.

DOMI. XXII. POST TRINITATIS.

Evangelion Matth. 15.

- 1 Simile est regnum cœlorum &c.  
Summa, per misericordiam dei dimitti omnia pec-  
cata quantumcumque grauia.

**Matth. 6. 2** **Nihil uero dimitti ei qui non dimittit fratri.**

**DOMI. XXIII. POST TRINITATIS.**

**Evangelion Matth. 22.**

**Abeuntes pharisæi &c.**

1 **Caro semper querit liberationem carnalem per Christum. Sic isti expectabant, ut messiae manus à Ro-**

**mano iugo eriperentur, sicut nostri gaudent se carna-**

**liter liberari à pontificibus.**

2 **De potestate gladij. Cui honorē, honorem, quid-**

**numisma Cæsaris exhibet, ipsi testantur se subditos,**

**sed tamen sic, ut quae dei sunt deo. Sic etiā in Ro. 13.**

**DO. XXIII. POST TRINITATIS.**

**Evangelion Matth. 9.**

**Loquente eo ad turbas &c.**

1 **Christus uenit ut mortem tollat.**

2 **Opus Christi rident, tubicines. i. sapientia & illa-**

**stitia mundi.**

3 **Præconium fidei, in muliercula tangente fimbriæ**

**Christi.**

**Mar. 5. 4 Vide in Marco. Magistri misere hanc affixerunt,**

**sed semper deterius habuit.**

5 **Allegorice. Christus sit resuscitaturus synagogā,**

**& interuenit populus gentium, Ad hoc est copiosa**

**scriptura in Paulo & prophetis.**

**DOMI. I. POST EPIPHANIAE.**

**Evangelion**

**E**uangelion Lucæ. 2.

**15.**

**C**um esset Iesus annorum duodecim.

**A**scendunt Hierusalē sancti Maria & Ioseph etc.  
Quid igitur prosunt legis opera?

**C**hristus præfert uocationem diuinam parētibus,  
sit subditus. Christus factus est sub lege & parentibus  
obedit, quatenus diuina uocatio finit.

**Gala. 4:**

**D**OMI. II. POST EPIPHANIAE.

**E**uangelion Iohannis 2.

**N**uptiæ factæ sunt &c.

**C**hristus sua præsentia confirmat nuptias.

**E**xemplum est hic orandi, Maria quanquam re-  
pulsa, tñ nō desistit fidere, sed iubet fieri qcquid præ-  
cepturus esset Christus. Vide fidem mulierculæ.

**S**ignum, confirmatio Euangeli. Christus præsto est  
nostræ necessitatî corporali & spirituali.

**D**OMI. III. POST EPIPHANIAE.

**E**uangelion Matth. 8.

**C**um descendisset Iesus de monte &c.

**D**omine si uis &c. Fides resignat se uoluntati di-  
uinæ & tamen accedit.

**C**hristus tetigit leprosum contra legem. Lex uio-  
lanta propter charitatem.

**N**emini dixeris &c. Euangelion non gloriatur,  
sed est uerbum crucis, patitur ignominiam.

**B 5 Ostena**

4 Ostende te sacerdotibus, scriptura perhibet testimoniū Euangelio.

5 Centurio sentit uerbo confici sanitatē. Verbi nihil requirit contra eos qui carnaliter consolari uolūt.

6 Filii regni eiſciuntur. i. populus operum non consequitur iustitiam Rom. 9. Ⓛ. 10.

**DOMI. IIII. POST EPIPHANIAE.**

**E**uangelion Matth. 8.

Ascendente Iesu in nauī.

1 Imbecillitate Apostolorum consolatur nostram imbecillitatem.

2 Omnes tribulationes sunt probationes fidei.

3 Christus dormire uidetur, non statim adiuuat, ut confirmet fidem.

4 Christo omnia subiecta sunt. Ideo credamus, etiā si nullum appareat consilium euadendi.

**DOMI. V. POST EPIPHANIAE.**

**E**uangelion Matth. 11.

Confiteor tibi pater Ⓛ.

1 Cor. 2. 1 Ratio nō capit Euangelium, ideo cum in sapientia mundi, et in iustitia mundi quærat salutē nō inuenit.

2 Paruuli qui nec sua sapientia, nec sua iustitia sedunt, sed credunt.

3 Sicut soli paruuli consequuntur salutem, ita nō cognoscitur pater nisi Christus ostendat, hoc est, nostra sapientia.

18.

Sapiencia non cognoscit, sed quando fide in cruce erudi-  
tum sumus, tunc discimus potentiam dei. Ideo ergo op-  
stea consolatur eos qui crucifiguntur, dicens: Iugum Matth. 11.  
meum suave est &c.

**C**ALIVD EVANGELIVM Matth. 13.

Simile est regnum cœlorū sacerdotis missæ in mari &c.

**H**oc totum Euangeliū discernit administrationem  
Euangelicam à ciuili. Euangelion spargitur in om-  
nes siue corde percipient siue contemnunt. Gladius  
autem punit externa crimina.

**V**ide sermonem Martini Lutheri De gladio.

**D**OMINICA SEPTVAGESIMAE.

**E**uangelion Matth. 20.

Simile est regnum cœlorum &c.

**1.** Summa Euangeliū est, Gentes aequantur Iudeis.

i. populus sine operibus aequatur populo operum.

**2.** Quia populus operū, tanquam debitum poscit,

ideo reiçitur, quanq[ue] accipiat ea quæ promissa sunt les-

se, Nā Iudei acceperūt promissiones carnales.

**D**OMINICA SEXAGESIMAE.

**E**uangelion Luc. 8.

Cum turba plurima conueniret.

**1.** Non est humani meriti sanctificatio, sed gratias  
seminantis, quia nisi ille semen afferret, non iustifica-  
remur.

**E**uangelion

- 2 Euangelion nō intelligūt, nisi qbus deus reuelat.  
3 Euangelion operatur crucem, ideo ait: Afferunt  
fructum in patientia, superiores omnes scandalizan-  
tur cruce, ideo exciduntur & ejciuntur.

### DOMI. QVINQVAGESIMAE.

Euangelion Luc.18.

- 1 Assumpsit Iesus duodecim discipulos &c.  
2 Exemplum ignorantiae Apostolorum, quia caro  
scandalizatur cruce, que tamen comitatur Euange-  
lion ut supra.  
3 Exemplum orandi, Quanquam enim cœcus pro-  
hibeatur, tamen pergit orare.  
4 Fides saluum fecit, Hæc gloria fidei est, quam hic  
admit operibus.

### DOMINICA INVOCAVIT.

Euangelion Matth.4.

Ductus est Iesus in desertum &c.

- 1 Nemo Christianus nisi tentetur.  
2 Christus uicit pro nobis, translata in se imbecilli-  
tate nostra.  
3 Prima tentatio de uictu est, uincit autem consolatis  
Deut.8. eo quod de uictu sollicitis dictum est in Deuterono-  
mio: Non in solo pane.  
4 Secunda tentatio, de tentando deo.i. si uictus diui-  
nitus datur, ergo non laborabo. Estq; tentatio de p̄e  
destinatione

destinatione contra fidem. Si prædestinatus fueris, saluaberis &c. Si non, quid sperare &c.

**T**ertia tentatio blasphemie est, quia quando uiciamus, tunc caro incipit gloriari in bonis suis, & se prode habere.

### DOMINICA REMINISCERE.

**E**uangelion Matth. 15.

**I**gressus Iesus secessit &c.

**1** Summa, non est personarum acceptor deus, fides Rom. 2.

requiritur, hæc impetrat quiduis.

**2** Fides misericordiæ implorat, sed modum, tempus

q; exauditionis committit deo, nihil diffidens.

**3** Non diffidit, etiam si deus negare uideatur, etiam

si aduersari uideatur. Hæc est tentatio fidei magna.

**4** Non diffidit etiam si tentetur de prædestinatione

quasi ad gratiam filiorum non pertineat.

**5** Exemplum hoc habes, quod deus non uult nos sol

licitos esse de prædestinatione, sed ut fidamus etiam

in peccatis & morte. Hæc est fides magna.

### DOMINICA OCULI.

**E**uangelion Luc. 11.

**E**rat Iesus ejiciens dæmonium.

**1** Nullus liberatur à regno principis tenebrarum nisi

per Christum lucem.

**2** Hanc gloriam hodie multi blasphemant, dicentes

Ioan. 8.

esse hæ

esse hæresim non à deo.

- 3 Ex fructibus, à nobis cognoscitur opus tenebrarū,  
z. Cor. 2. & opus lucis, Non conuenit luci ac tenebris.
- 4 Quia deterius habent qui ad tempus credunt, et  
in tempore temptationis siue contrariae persuasionis  
recedunt. Lege locum. z. Petri. z.

5 Factum est &c. Christus gloriam carnis nō agno-  
scit, ne in matre quidem sanctissima uirgine. Exem-  
pli ergo Christi, uirtutem uerbi prædicare deberet,  
qui nihil nisi laudes uirginis garriumt.

6 In Beelzebub &c. Vide in Euangelistis hoc esse  
peccatum in spiritum sauctum, qua de re scripsi.

### DOMINICA LAETARE.

Euangelion iohan. 6.

Abiit Iesus trans mare Galilee.

- 1 Hic locus temptationi de uictu medetur atq; ita eti-  
am alijs.
- 2 Ratio uictum sperat humano more. Ideo Andre-  
as dicit: Quid hæc inter tantos?
- 3 Sic in iustificatione, iustificare se querit ratio hu-  
mano more, sed fallitur.

### DOMINICA IUDICA.

Euangelion Ioha. 8.

- Quis ex uobis arguet me &c.
- 2 Impietas pharisaica credere uerbo deinō potest,  
etiam

- etiam si Episcop⁹ sit irreprehēsibilis et uita et doctrīa.  
 2 Gloriam dei quam cœli enarrant, iudicat blasphem⁹ Psal. 18.  
 miām & stultitiam.  
 3 Gloria Christiani, est ignominia crucis, Ro. 5. Verbum dei est uita æterna, si seruetur. Quid ergo nobis cum traditionibus humanis?  
 4 Quem uos dicitis &c. Vide hic fictam fidē distin-  
 guā uera, Impij dicunt tantū, et nō norunt deum.  
 5 Ego sum &c. Hic locus aperte testatur diuinitas  
 tem CHRISTI.  
 6 Abscondit se &c. Omnia sunt in manu dei, & ni-  
 bil accidit nobis ante horā nostrā, ut cunq; sœuiant ad-  
 versarij, cū autem uenit hora nostra, sciamus esse bo-  
 nam patris uoluntatem, ut cruce glorificemur.

### D E S A N C T I S.

#### IN FESTO ANDREAE.

- 1 Ambulans iuxta mare &c. Matth. 4.  
 Verbum Christi efficax est spiritu, ut non solum  
 omnia, sed & te relinquas.  
 2 Verbum humanū uanum est, Nisi Christus faciat  
 pescatores. i. mittat prædicatores à se doctos.

#### IN DIE CONVERSIONIS PAVLI.

- Ecce nos reliquimus omnia &c. Matth. 19.  
 1 Non solū intellige de nouissimo iudicio, sed etiam  
 de iudicio sp̄us in hac uita, quod cœpit in spiritualibus  
 accepto

accepito spiritu, confirmatoq; regno CHRISTI.

2 Non sunt hic carnale, sedes fingendæ, Qui abne  
Math. 10. gat semet ipsum, hic habet iudicium spiritus, quo diaudi  
1. Cor. 2. cat omnia, & ipse à nemine diiudicatur, habet pacem &  
gaudiū conscientiæ in hac uita. Itē habet uitā aternā.

### IN FESTO PURIFICATIONIS MARIE.

Postquam impleti sunt dies. Luc. 2.

1 Purgatio in lege significauit fructum carnis esse  
impurum.

2 Pro Aegyptiacis primogenitis occisis, accepit do  
minus primo genita populi. Vbi significatum est, Chris  
tum primogenitum fore qui sit uere sanctus domini.

3 Simeon perhibet testimonium Euangelio.

Gala. 5. 4 Fructus Euāgelijs sunt pax. Nūc dimittis etc. in pa  
ce. Itē lumen, quia tenebræ sunt ubi nō est Euāgelion.

### ANNUNCIATIONIS MARIAE.

Missus est angelus Eccl. Luc. 1.

1 Oportuit Christum nasci secundum promissiones,  
Psal. 88. ex David, idco hæc sunt indicata.

2 Ave gratia plena, habet declaratiōē in libello Martino Luthero.

3 Christi regnum, sedes David patris. Et ut regnum  
intelligatur, sunt repetendi hic loci prophetarū Esa.

9. Et Hiere. 23. Saluabitur Iuda, habitabit confidenter  
i. p Christū securi sumus, quanquā sumus peccatores.

Omnis

18.

¶ Omnia propagata carnali conceptione sunt impura, ideo Christus ex uirgine natus est.

PHILIPPI ET IACOBI.

¶ Non turbetur cor uestrum. Iohan. 14.

¶ Consolatio contra scandalū crucis &c. Et in me credite, scilicet quamuis crucifiger. In domo &c. quia multi apud patrem prædestinati sunt ab æterno, qui tamen sine me glorificari non possunt. Ergo sunt quæ dā mansiones. Sed si quo minus. i. quatenus non sunt paratæ, dixeram uel dixi saepe ante, quod uado morte Iohan. 14 mea parare uobis locum.

¶ Summa. Sine meritis Christi nemine glorificari.

¶ Viam scitis, quia in me creditis.

¶ Nescimus &c. Credebat Apostoli, non tamen cœpiebant Christum per mortem esse glorificandū. Imperfcta fides in Apostolis, nobis consolatio est, modo cum fundamento Christo perslemus.

¶ Crassa fides in Philippo experiri uult, Responde Christus, Si non uerbis, tamen operibus credite, quod pater in me &c.

¶ Amen &c. Significat se regnaturum in suis, ubi apud patrem glorificatus fuerit.

¶ Toto Euangelio fidem exigit Christus, uia, ueritas, uita. Iohan. 14

CIN FESTO IOANNIS BAPTISTÆ.

C Elizabeth

**E**lizabeth impletum est. LUC. 8.  
1 Lex & prophetæ qui prædixerunt gratiam orbis  
Matth. 11 uenturam usq; ad Ioannem.

- 2 Idcirco hic omnia festiue præluduntur, gaudent,  
& à gratia dicitur Ioannes. Admiratur omnes &c.  
3 Quomodo infidelitas mutum reddiderat, spiritus  
sanctus prophetam facit.  
4 Confessio credentium.

**C**IN FESTO PETRI ET PAVLI:

- Venit Iesus in partes Cæsariæ. Matth. 16.  
1 Caro & sanguis non nouit Christum esse filium  
dei uniuersi, reuelatione spiritus discitur.  
2 Ecclesia uera aliam fidem, & aliud fundamento  
tum non nouit. 1. Corinth. 3.  
3 Promissio, quod huic fidei non præualebunt pora  
tæ inferorum.  
4 De potestate clavium.

**C**IN FESTO VISITATIONIS Mariae:

- Exurgens Maria. LUC. 1.  
Gala. 5. 1 Fides non potest esse otiosa, sed per charitatem  
redit proximo, quod accepit per deum.  
2 Miracula spiritus dei in foeminis.  
3 Magnificat. Vide Martinum Lutherum.

**C**IN FESTO MAGDALENÆ:

Rogabat Iesum &c. LUC. 7.

Signa

<sup>1</sup> Significides ueræ respiscentie, quæ hypocritas sunt, ubi res non est.

<sup>2</sup> Hypocrite talibus iustitiam tribuunt. Sed Christus dicit: Fides tua te saluam fecit. Itē, dilexit multū.

<sup>3</sup> Item collatio pharisæi & meretricis'.

### IN FESTO S. IACOBI.

Accessit ad Iesum mater &c. Matth. 20.

<sup>1</sup> Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapientia Rom. 8.  
sunt, sua querunt, gloriam mundi.

<sup>2</sup> Caro sine cruce uult glorificari.

<sup>3</sup> Gloria carnis & dei diuersa est.

### INVENTIONIS S. STEPHANI.

Vos estis sal terræ. Matth. 5. cap.

<sup>1</sup> Non solum Euangelij doctores, sed & omnes uere Christianoru[m] doctrina et uita, sal terræ et lux mundi ē.

<sup>2</sup> Sal infatuatus. scilicet docentes doctrinas et mandata Esa. 19.  
hominum, & superstitiosum dei cultum sequentes. Matth. 15

<sup>3</sup> Lucerna sub modio. Timor humanus, non audens  
predicare ueritatem quam credit.

<sup>4</sup> Lex debet integræ & prædicari & seruari. i. secundum radicem cordis.

<sup>5</sup> Pharisei & sentiunt & docent, peccata operis  
externi esse contra legem, Non peccata cordis, aut  
saltem minima esse, & nullius reputationis, propterea  
in Christi regno sunt minimi. i. nulli.

C a Assumption

## ASSUMPTIONIS MARIAE.

Intrauit I E S V S in quoddam castellum. Luc. 10.

¶ Maria est populus gratiae. Martha est populus legis siue operum.

2 Martha gloriatur & Mariā cōdemnat, Christus Mariæ partem dicit necessariā et bonā & æternam.  
3 Nihil enim habet cōmentum de dupli ciuitate, actiua & contemplatiua, ut ociosi monachi finixerunt.

## EXALTATIO S. CRVCIS.

Nunc iudicium est mundi. Ioan. 12.

¶ Credendum Euangelio dum licet, post paululum non licebit.

2 Christus suo regno, mortis regnum destruxit.  
3 Sequitur excæcatio horrenda post Euangelion contemptum. Exemplo sunt Iudæi. Exemplo sunt & nostri. Vide sermonem Martini Lutheri. dominicae. 23. Matthæi 18. cap.

## DE COLLATIONIS Ioannis Baptista.

Misit Herodes. Marci 6. cap.

¶ Euangelion continet exemplum crassæ & contemptricis impietatis.

2 Herodes scit se nequiter agere, Et pergit tamen, sic non est timor dei in carne.

3 Ratio prætexit iusurandum. Tales sunt omnes homines destituti luce dei.

Matthei

19.

## **MATTHAEI APOSTOLI.**

Vidit hominem sedentem &c. Matth. 9.

- 1 Fides Matthæi.
- 2 Charitas Christi.
- 3 Collatio peccatorum & pharisæorum, Et de utrisq[ue] iudicium Christi.
- 4 Increpatio scribarum, q[uod] ignorent quid sit misericordiam uolo & non sacrificium. Matth. 9
- 5 Tunc seruis deo, quando seruis proximo, peccatori, ignorantia, ægroto, pauperi. Hæc autem ignorantia pharisei, quia non sunt opera papistica ad lucrum & gloriam.

## **IN DIE MICHAELIS.**

Accesserunt ad Iesum &c. Matthæi 18.

- 1 Mundus carnaliter sentit de regno Christi, ideo cultum dei fingit carnalem & mundanum.
- 2 Is Christianus est, qui sentit hoc in se quod Christus. Philipen. secundo.
- 3 Quod oporteat peccatores, infirmos, ignorantes suscipere, Descandalo Rom. 14.
- 4 Scriptura testatur angelos bonos tantum electis seruire, ut hic & psalmo. Angelis suis mandauit de Psal. 90. te &c. Item Hebreorum primo.

## **DE OMNIBVS SANC TIS.**

Vide in communione sanctorum infra. Videns Iesus turbas &c.

C 3 Commune

COMMUNE SANCTORVM.  
DE APOSTOLIS.

Hoc est præceptum meum &c. Ioan. 15.

- 1 Post fidem nihil exigitur q̄ charitas.
- 2 Hoc nouū præceptū est, quod affectum cordis reaquirit, nō hypocrisim, nō tantū res, sed etiā animas, ut exponamus pro fratribus gratis, exemplo Christi, qui gratis nos elegit, nos fecit amicos, pro nobis mortuus est, Hæc una lex, omnia nostra mortificat.

**C**HAEC MANDO VOBIS &c. Ioan. 16.

- 1 Insignis consolatio contra odium mundi.
- 2 Mundus propter uerbū Euangeliū nō potest nos non odiſſe, quia pater ei per spiritum non reuelatur.
- 3 Idcirco Euangeliū non fuit, id quod tanta pompa ecclesiastica uiguit, nunc sordet.

**E**GO SVM VITIS VER A. Ioan. 5.

- 1 Clara uerba contra liberum arbitrium, humanatuires, & reliquam fecem papisticam nihil esse.
- 2 Sermonem Christi creditum mundificare. Quid ergo traditiones humanæ?

**D**E VNO MARTYRE:

Si quis uult post me uenire. Matth. 16.

- 1 Ridei opus mortificatio nostri, donec omnia que Adæ sunt, intereant, & perficiatur regeneration.

Nisi granum frumenti &c. Iohan. 12.

Idem est

20.

Idem est in hoc Euangelio quod & in superiori.  
**D E PLVRIBVS MARTYRIBVS.**

**V**idens Iesus turbas & Matth. 5.

1 **V**ides hic beatitudinem longe aliud esse q̄ muns. **In festo**  
dus somniat. Hæc est stultitia prædicationis, per quā omnium  
placuit deo saluos facere credentes. 1. Corinth. 1. **sanctorū**

2 **C**hristiani hæc omnia habent, atq; hæc beatitudi-  
num prædicatio, magnæ nobis est consolationi.

3 **N**on enim prædicantur magna merita habentes,  
sed qui nihil meritorum, nihil iustitiae, nihil unde glo-  
rificantur in se inueniunt, beati prædicantur.

4 **S**unt enim Christiani pauperes spiritu, sitiens  
iustitiae, Mites. s. omnibus cedentes, & se inferiores  
iudicantes, lugentes, quos sequuntur fructus, ut sint  
misericordes, mundo corde, pacifici, & propterea co-  
ram mundo maledicti.

**D E S C E N D E N S I E S V S de monte**, Lue. 6. **In pfecto**

1 **S**anat turbas, Matth. 4. in Fine, id quod scribit Lu= omnium  
cas in loco campestri, **Q**uod autem sequitur in Lu= sanctorū  
ca, Et eleuatis &c. factum narratur nō locus. Neces-  
se est enim, ut intelligas dominum, post sanationem  
infirorum, rursum ascendisse in montem, & illic ele-  
uatis in discipulos oculis dixisse, quod Matthæus  
aperte dicit cap. 5. **I**t Lucas discipulorum hic nō tur-  
ba facit mentionem, sicut & Matthæus.

C & Cum

**C**VM AUDIERITIS prælia c. Luc. 21.  
1 In terroribus & opinionibus bellorum, nō esse de-  
serendum Euangelion.

2 Euangelij negocium curandum, quicquid uero  
mundus minatur, relinquendum domino.

**M**ath. 10. 3 Capillus de capite uestro non peribit, hora uestra  
in manu patris est, quicquid continget uobis, bona no-  
luntas dei patris erga uos est.

4 Non sperandum, ut sine persecutione promoueas  
tur Euangelium.

**T**ATTENDITE A FERMENTO  
phariseorum. Luc. 12.

1 Pharisei fermento hypocriseōs oīa corruperunt,  
docentes doctrinas hominum & dæmoniorum.

2 Insipientia eorum nota erit, cum innoteſcat iusti-  
tia in doctrina Apostolorum.

3 Reliqua ut in superiori Euangelio, quod solus des-  
us timendus, alia relinquenda deo.

**D**E CONFESSORIBVS.

Sint lumbi uestri præcincti.

1 Illudit ad seruos qui in illa regione longas por-  
tant uestes, quas ad iter præcingunt.

2 Lumbos præcingimus, quando omnia que car-  
nis sunt, abnegamus per fidem.

3 Lucernas gerimus ardentes in manibus, dum pre-  
cedimus

eedimus proximis, doctrina lucis & operibus bonis  
per charitatem.

<sup>4</sup> De eo qd' simus semp uigilantes i. credentes, &  
verbū dei mordicus tenentes, quod sine fructu nō erit.

**N**E MO ACCENDIT lucernam. Luc. 11.

<sup>1</sup> Quod boni in nobis est, alijs scruire debet, datur  
enim manifestatio spiritus ad utilitatem aliorum.

<sup>2</sup> Cordis intentio siue fides & infidelitas, discer-  
nunt coram deo opera lucis & tenebrarum.

<sup>3</sup> Caro speciem sanctitatis pro luce accipit, quæ co-  
ram deo est hypocrisis & tenebrae.

**N**O BILIS QVIDAM ABIIT &c.

Luce. 19.

<sup>1</sup> Vocatis &c. Sine uocatione ne prædicta. Hebre. 5.

<sup>2</sup> Si es uocatus prædictor, pecunia domini expens= de ad usuram, non admisce tuam.

<sup>3</sup> Habet, qui utitur dono dei in salutem fratri, illi au= getur grā. Nō habet, q nō utitur dono accepto, illi au= fertur et tandem excæcatur, ut nō uideat q ante uidebat

<sup>4</sup> Nic condēnantur merita humana, serui pecuniā à dñō accipiunt, & dominus quia fideles fuerant, pecu= niā eis dat cū lucro, & insup ciuitates, sola gratia.

**V**IGILATE QVIA NESCIIS. Matth. 24.

<sup>1</sup> De uigilatione supra.

<sup>2</sup> Seruus fidelis, in Euangelijs proximis.

¶ Cibū.i. uerbū dei. In tempore.i. nullā negligētiā

### **D E V I R G I N I B V S.**

Simile est regnum cœlorum &c. Matth. 13.

¶ Thesaurus & Margarita, est Euangelion qd' abe  
Matth. 16 sconditū est à carne, inuenitur autē fidei spiritu, qua  
fides ob id renunciat oībus, ut uere possidere possit.

¶ Nondum discreti sunt hypocritæ à pijs corā mure  
do, id quod fiet in nouissimo die, interim gloriātur se  
esse bonos Christianos.

¶ Doctor nō aliud habens quam dei uerbū, is e si.  
doctus est ad regnū cœlorū, profert nō ex libro, sed  
ex Thesauro cordis sui, legem & Euangelion.

### **D I N O F F I C I O D E F V N C T O R V M.**

Dixit Martha ad I E S V M. Ioann. 11.

¶ Fides in Martha nō minor quam in Petro.

¶ Ego sum resurrectio & uita, Hæc est copiosa  
Euangelij prædicatio.

### **Q V I A V E N I T H O R A E T N V N C**

est &c. Ioannis. 5.

¶ Infideles sola uoce CHRISTI reuiuiscent i.  
Euangelio.

¶ Quibusdam Christus dat uitam, & deus pater  
quosdam iudicat, sed suo tempore.

Psal. 32. - 3 Quod alij Euangeliæ tubam uocant, Iōannes  
uocē filij dei dicit, illius enī uerbo suscitantur oēs in  
nouissimo

44.

nouissimo die, cuius uerbo omnia condita sunt.

**S**I C V T P A T E R S V S C I T A T

mortuos Ioannis. 5.

1 Christi et patris eadem est potentia in salvando et iudicando.

2 Vtiusque idem est honor.

3 Eadem fide creditur in patrem et in filium.

4 Habet uitam æternam, Nota, iam habet. Qui no[n] credit, iam iudicatus est. Nota, iam in praesenti.

**O**MN E Q VOD DAT MIHI

pater Ioannis. 6.

1 Quos dat pater uenient ad filium, siue quos tradit pater, Contra liberum arbitrium.

2 Si offendit prædestinatio, cogitatibi præceptum esse, ut credas in CHRISTVM, non ut scias prædestinationem.

**E**GO SVM PANIS VIVVS &c.

Ioannis. 6.

1 Caro non capit sacra mysteria Christi. Cor. 2.

2 Solus Petrus dicit, Ad quem ibimus, uerba uitæ eternæ habes. Petrus est cui pater reuelat. Math. 16.

**I**N DEDICATIONE TEMPLI.

Ingressus perambulabat Hiericho, Luc. 19.

1 Etiam camelum. i. diuitem intrare per foramen acus, sed per Christum resipiscentem.

Resipiscit

2. **R**esipiscit qui uocem domini uenientis audit & suscipit.
3. **H**uic mundus aduersatur, in primis hypocrita sanctitas.
4. **E**cce dimidium bonorum meorum, est fructus resipiscientiae, noua uita.
- Gal. 3. 5. **F**ilios esse Abrahæ, quotquot credentes Christum suscipiunt, ex Paulo.
6. **S**tatura pusillus est, qui in se non inuenit, quo Christum uideat.

### **E V A N G E L I A F E R I<sup>arum Quadragesimæ.</sup>**

#### **C I N D I E C I N E R V M.**

**C**um ieiunatis. Matthæi sexto.

1. Hypocitarum opera damnat, quia non sunt ex fide, Nam querunt sua, id est, corde respiciunt terram ubi habent thesaurum suum, id est, quod querunt.
2. In omni opere, simplici oculo aspiciendum ad deum, hoc est, thesaurum habere in cœlis.
3. Tinge caput tuum, & faciem laua, id est, lætus appearas hominibus, More terræ palestine loquitur, sicut alibi, Oleo caput meum non unxiisti. Id quod hodie significat papistis, accipere cineres.
4. Scriptura solum contra hypocrisim destinata est. Nam crassa ista uitia etiam mundus damnat.
5. Factum

55

Factum non est lex, Et ieunium Christi miraculū  
fuit, sicut ambulare super mare, Oportet hypocritas  
errare nō solum in imitatione sanctorum, sed etiā  
in imitatione (ut putabant) ipsius Christi.

### FERIA QVINTA.

Cum introiisset Capernaum, Matthæi 8.

1 Facete &c. Fides uera necessitatem proponit deo,  
modum liberationis non præscribit, sed deo cōmittit.  
Sic supra leprosus.

2 Fides uera soli Christo tribuit sanitatē, id est, iu= Ioan. 18.  
stiam, non carnis præsentiam requirit, sentit regnū  
Christi esse in spiritu, non in elementis mundi huius.

3 In Israël &c. Ne apostoli quidem tantam fidem  
habebant, quibus in fine dixit, expedit uobis ut ego  
uadam alioquin paracletus non ueniet. etc. Vides pa Ioan. 16.  
racletū negari ijs, qui in externo Christi cultu hærēt.

4 De suscep̄tis gentibus, id est, peccatoribus, Et re Rom. 11.  
ctis Iudæis, id sanctulis.

### SEXTA FERIA POST CINERVM.

Audistis quid dictum sit &c. Matthæi 8.

1 Christianam dilectionem non esse, si non ex cora  
de diligas etiam inimicum. Hoc natura non habet, sed  
fidei spiritus præstabit.

2 Dictū est &c. i. Sic prædicatū ante, finxerat enī  
hoc sophistica traditio. Deut. 7. & 12. contra legem  
Lcui

**Leuit.19.** Non queras ultiōnem &c. Diliges amicūm, ubi legendum est, proximum. Et que Proverb. 25. Si esurierit &c.

3. De hypocritarū iustitia. Vide supra de ieiunio.

**SABBATHO POST CINERVM.**

Cum sero esset factum &c. Marc. 6. cap.

1. Tentatio fidei. 1. Pet. 1. In quo exultabis &c.

2. In tentatione absens esse, et dereliquisse uidetur Christus, Idcirco laboratur, ita ut ne rediens quidem putetur adesse.

3. Hęc oīa egregie ignoramus, que antea credere uidebamur, ut nō simus cōfidētes nobis. 2. Corinii. 1.

4. Quotquot tangunt fide Christum, sanari, exente

**Luc. 8.** plūm mulieris fluxu sanguinis laborantis.

**FERIA SECUNDA POST Inuocauit.**

Cum uenerit filius hominis Matth. 23.

1. In extremo iudicio non requiret Christus opera papistica, que ignorat, sed opera charitatis in proximum, & hęc ipsa ex fide.

2. Atque hęc ipsa opera ex fide iudicabit, Mihi inquit fecistis.

3. Scriptura de iudicio operum loquitur, nam aliter iudicium dei non potest describere, quia corda uidere non possumus, sicut ferē ubiqꝫ scriptura se se nostra intelligentia, ut parvulis accommodat.

Hos

58.

4 **H**os benedictos à patre uocat. i. Fideles. Illos nō  
ledictos. i. infideles.

5 **F**ideles ignorant sua bona opera, licet omnia fa-  
ciant. Infideles excusant, quod nunquam habuerint  
occasionem beneficiendi.

### FERIA TERTIA POST Inuocauit.

1 **C**um intrasset Iesus Hierusalem &c. Matth. 21.

2 **C**onturbantur impij ad aduentum Christi salua-  
toris. In primis Hierosolimitæ. i. qui Præceteris san-  
ctitatem sibi uendicant, hoc est, hypocrite, Christi ad-  
uentum simulant se diligere.

3 **E**cclis nundinationibus papisticis, recipit & sa-  
nat in ecclesia sua cœcos & claudos. i. peccatores ha-  
bitatus traditionibus humanis uexatos, ut uidere ius-  
titiam dei, & incedere in via iustitiae non possent.

4 **I**ndignantur pharisei Osi anna acclamari Chri-  
sto. i. Euangelion prædicari à paruulis. Ideo illos de-  
serit. Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus, et reue-  
lasti ea paruulis. Christi grā, hæc oīa uidemus hodie.

### FERIA IIII. POST INVOCAVIT.

1 **A**ccesserunt ad Iesum turbæ, Matth. 12.

2 **S**ignum Iona factum. Non est aliud expectandū,  
impij namq; quotidiana signa negligunt, de quibus  
dicitur. Si Mosen & prophetas non audiuint &c.

3 **G**rauius iudicium est illis qui audierūt Euangelion Ioan. 15.  
et cons.

¶ contēpserunt. Verendū, ne hodie auditū Euangēs  
lij, deus uelit nos grauius damnare, Orandū ergo etc  
3 Carnis fiduciam abiicit Christus, & non respicit,  
ne in matre quidem aut sanctis, ut tandem obstruan  
tur ora hypocritis & superstitiosis.

### **F**ERIA V. POST INVOCVIT.

- Si manseritis in meo sermone. Iohan. 8.  
1 Non sunt Christiani siue discipuli Christi, qui ad  
tempus credunt, & in tēpore tribulationis recedunt.  
2 Non intelligunt Euangelij gratiam, qui non ma  
net in uerbo CHRISTI.  
3 Nulla libertas spiritus, nisi per ueritatem. i. Euang  
elium CHRISTI.  
4 Collatio seruorum & filiorum.  
5 Qui Euangelion non sustinent, ex diabolo sunt.  
6 Contra doctrinas & traditiones humanas.

Gal. 5. Opera Abrahæ sunt, fides, quæ per dilectionem ope  
Gene. 15. ratur. Credidit Abrahā deo & c. Ergo obediuit eius  
Rom. 4. uerbo Iohan. 6. Hoc est opus dei, ut credatis & c. Opus  
diaboli est infidelitas, Gene. 3. quæ producit odium.

### **F**ERIA VI. POST INVOCAVIT.

- Post hæc erat dies festus Iohan. 5.  
1 Aqua quinq; porticibus cincta, lex est, quæ nō sa  
nat nisi spiritu mota, sicut quodq; uerbum non sanat  
Iohan. 3. sine spiritus motione. Sicut aqua baptismatis sine bas  
tismissa

**P**otes tamen spiritus non sanat.

**S. G.**

**A**bq; signo aquæ sanat Christus, ut discas in nub-  
lare confidere.

**S**abbathū est &c. Libertatē phibet à Christo data.

**G**rauius iudicium est illis, qui audientes Euange-  
lion contemnunt etiam, ut supra.

### **SABBATHO POST INVOCAVIT.**

**A**ssumpsit Iesus Petrum, Matth. 17.

**G**loria regni Christi hic præostenditur, sive glo-  
ria resurrectionis.

**L**ex & prophetæ in Christum consentiunt, & in  
Christo cessant Moses & Helias &c.

**C**aro uult ante crucem & sine cruce glorificari.  
Petrus &c.

**H**ic est gratia per Christum Ephe. 1. Dilectos nos  
reddidit in dilecto filio suo, Sicut Christus non potest  
non esse dilectus, ita & nos in Christo.

**I**psum audite &c. Autoritas uerbi Christi, omnis  
doctrina non Christi, ad salutem inutilis & noxia.

### **FERIA SECUNDA post reminiscere.**

**E**go uado & queretis me &c. Iohan. 8.

**H**ypocritæ quia uerba Christi ignorant, sed alia  
via querunt salutem in peccato suo. i. in infidelitate  
morientur, quandoquidē Christū quē ore cōfidentur,  
nō credunt Christū esse. i. dei iustitiam. 1. Corinth. 1.

**D . Vos**

2 Vos de deorum estis &c. Caro est ignorans dei  
1 Cor. 2. Animalis homo non percipit &c.  
3 Principium quod loquor uobis etc. Lege principio,  
uel prorsus id quod loquor uobis. i. uerbū dei patris lo-  
quor, & plane ego sum illud ipsum uerbū Iohan. 1.  
4 Multa &c. Euangeliū iudicat & damnat omnia  
nostra, siue omnē hominū iustitiam. Idcirco iusta pē-  
sequendi rationem putant se habere hypocrite.  
5 Sed qui &c. Vos mea damnatis, sed non sunt mea  
Occupatio est.

6 Cū exaltaueritis &c. Morte Christi & resurrecti-  
one declaratū ē Euāgeliō Christi ēē uirtutē dei Rō. 1.

FERIA III. POST REMINISCERE.

Super cathedram Mosi &c. Matth. 23.

7 Sup cathedrā Mosi sedēt q̄ docēt q̄ Moses docuit.  
2 Onera grauiā sunt lex, Act. 15.  
3 Hypocrite nesciunt legem esse cognitionem pe-  
cati Rom. 7. & urgere in Christum Galat. 3.  
4 Collatio fastus hypocritarū, & Christiani rū mos-  
destitiæ, illius plena sunt hodie omnia, sed te&t;la specie  
sanctitatis & sapientiæ. Vide in Euāgeliō sequenti  
magistrorum nostrorum fastum, clericorum sanctita-  
tem. Item facta superstitionum.

FERIA IIII. POST Reminiscere.

Ascendens Iesus Hierosolyma &c. Matth. 20. cap.

Via

26.

- 1 Viam ad gloriam ostendit, & simul eos consolat  
tur contra scandalum crucis.
- 2 Caro non intelligit gloriam dei, sed uult carnali-  
ter glorificari, & de Christo gloriari.
- 3 Non erit ita inter uos &c. Gentes sunt qui domi-  
nari querunt.

### FERIA QVINTA.

- 1 Non possum ego ex me &c. Iohan. 5.
- 2 Non possum, pudeant liberi arbitrij assertores.
- 3 Opus Christi. Iudicium & uerbum esse dei.
- 4 Neq; uocem &c. Contra legem uidetur dicere,  
sed nemo intelligit uerbum nisi per Christum et Chri-  
stissimam spiritu Iohan. 1. Deum nemo uidit unquam, & pas-  
ter testificatur de Euangelio &c.
- 5 Scripturæ scrutanda sunt, illæ testificantur de Chri-  
sto & iudicant siue accusant et damnant omnes Chri-  
sto non credentes.
- 6 Qui gloriam ab hominibus querunt, & titulos ua-  
nitatis diligunt, Christi Euangelion nunquam intelli- Esa. 66.  
gent. Quomodo inquit potestis credere?
- 7 Argumentū sic intellige, Si Mosi in quo speratis  
non creditis, nequaquam meis uerbis credetis, quæ &  
contemnitis, & impium iudicatis.

### FERIA SEXTA.

- 1 Homo pater familiæ plantauit vineam Matth. 29.

D 2 | De uia

- ¶ **D**e uinea Esa.5. **O**mnia parauerat deus, quæ ad ui-  
neam Iudaicam pertinebat, ut uideas nostras præpa-  
rationes esse nihil. **Q**uesuit per suos prophetas &  
prædicatores, & tandem per Christū fructum fidei, sed  
**M**att.7. mala arbor non profert fructum bonum, labrusca nō  
uuæ producuntur, ubi contemnitur uerbum dei.  
¶ **H**ic est hæres &c. **D**urū uerbū contra Iudæos,  
quod uidentur eū intellexisse esse Christū et hæredē  
Iudaici regni. **E**sa.9. Super soliū Dauid &c. **L**u.1. dās  
bit illi &c. **S**ed quia ipsorū omnia damnabat, & ipso-  
rū gloriæ & lucro per Euangelion decessit, exccca-  
ti sunt. **D**einde eū uidere non potuerunt. **I**. Cor. 2. Si  
cognouissent &c. **A**ct.3. Scio qd' per ignorantia &c.  
**V**ideant hic nostri, qui suæ gloriæ et lucro timet pro-  
**P**sal.23. pter Euangelion. **S**piritus dicit. Attollite portas etc.

### I S A B B A T H O.

**H**omo quidam duos filios hab. **L**uc.15.

- ¶ **C**ollatio peccatorum ex sola gratia susceptorum,  
& populi legis stulte in operibus legis gloriantis.  
¶ **D**ecedit à deo & turpiter sua perdit, qui acceptis  
dei donis, sanitate corporis, pulchritudine, diuitijs, ra-  
tione &c. contra datorem abutitur. Is famem patitur  
quando reuelatur peccatum, & conscientia coperit  
urgere, tunc siliquis i. doctrinis dæmoniorum et tra-  
ditionibus humanis querit liberari. **N**ō saturatur, sed  
deterius

deterius habet, adhuc est in regione tenebrarum, do-  
nec ad panes patris reuertitur.

<sup>3</sup> Non nostrum est, quod reuertimur. Cum adhuc **Nicere. 15'**  
inquit longe esset etc.

<sup>4</sup> Nec obliuiscitur dicere qd' praeinstuerat. Fac me  
sicut unū ex mercenarijs etc. Qui uere à patre intus  
suscipitur ut filius, nō cupit esse mercenarius, sed oia  
conscientia misera, promittebat ante se facturū, nescio  
quæ sicut fit. Tūc enī uere cognoscit oia ex gratia sta-  
bi offerri, & nullo merito. Mercenarij sunt iustitiarij.

<sup>5</sup> Cito proferte etc. Nihil tardat pater. Stola prima  
i. fides quam perdiderat. Annulus signum fidei, chari-  
tatis opera. Calceamenta, cursus in euangelion prae-  
dicandum, Ephe. 6. Vitulus, Christus occisus. Sympho-  
nia & chorus, pax & gaudium conscientiæ. Summa,  
Iudæi hypocritæ. Gentes peccatores.

<sup>6</sup> Hypocritæ odio habent dei iustitiam, & condem-  
nant peccatores, sequetes euāgelion, nullo merito su-  
ceptos, Insuper hoc sentiunt, sed falso hypocritæ.

<sup>7</sup> Entot annis scruiο tibi etc. Et nunquā dedisti mi-  
bi, quia nunquā uerum gaudiū domini in conscientia  
sentiunt, sed solantur se arrogatione sanctitatis ope-  
rum, quæ tamē cadat necesse est, in tentatione et morte.

### FERIA SECUNDA post Oculi.

Quanta audiuiimus facta etc; Luc. 4. ca.

D 3 Christus

¶ Christus ostendit se à gentibus suscipiendum, & gentes præfert.

¶ Hypocrisis nō sinit se suaq; condēnari, et uiolēcia utitur, ubi se uidet scripturis supari, quos res ipsa declarat, homicidas in corde esse, q; sibi sc̄titatē arrogat.

¶ Jesus aut̄ eccl. Fideles sciunt oīa esse in manu dei, & sciunt mundū furere eccl. ante horā nihil facient nostri aduersarij, cū deus uoluerit quid fugiam?

### FERIA III. POST OCULI

Si peccauerit inter frater tuus eccl. Matt. 18. cap.

¶ Excommunicatio ecclesiastica, quā hodie ignorat, excommunicati illi excommunicatores, q; pro suo lucro tradūt aīas Sathanæ, quas Chrūs suo sanguine redemit

¶ Quæcūq; alligaueritis eccl. Vides ecclesiæ traditas claves, ne quis cōtemnet iudicium ecclesiæ, si habeatur pro ethnico & publicano. Tineat hoc quicūq; post has monitiones excluditur, uel à duobus fidelibus. Nam hodie ecclesiæ publicæ facie non uidemus, ut liceat nobis isto iure publice uti.

¶ Iterū dico uobis &c. promissio magna iis, qui cōsenserint in hac promissione, ego audeo confiteri fratris peccata mea, & cōmuniciter orare cū eo pro peccato meo, & certus sum, quod dimittitur, quia dicit de omni re, quamcunq; petierit &c. Sed non debeo inde alijs facere præceptū cōfitendi.

Semper

<sup>4</sup> Semper iniuria quantacunque, est condonanda  
fratri, alioqui non donatur nobis.

### FERIA QVARTA post Oculi.

Quare discipuli tui transgrediuntur etc. Matth. 15. cap.

<sup>1</sup> Egregius locus contra traditiones hominum.

<sup>2</sup> Opera infidelitatis damnat, non res externae, quas  
creavit deus ad utendum cum gratiarum actione. <sup>1. Thm. 4.</sup> Psal. 118.

<sup>3</sup> Vis platio etc. Oia pretererunt praeter dei uerbū.

<sup>4</sup> Cœci, duces cœcorum etc. Aduerte quoq; qd dñs  
quoq; pānet in Esa. qa trepidat et timet quasi deū, ad  
hastradiōes dices. Timuerunt me mandatis hominū. <sup>Esa. 29.</sup>

### FERIA QUINTA.

Operamini cibum etc. Ioan. 6.

<sup>1</sup> Cibus Christi, et opus dei, est credere in Christum.

<sup>2</sup> Caro hunc cibum non intelligit nisi carnaliter.

<sup>3</sup> Manna non iustificabat, fides iustificat.

<sup>4</sup> Manducas et bibis Christum dum credis, ut ma= neas in eo, et ipse interte.

### FERIA SEXTA.

Venit Iesus in ciuitatem Samariae, Ioan. 4.

<sup>1</sup> Hic Christus describitur fugiens, fatigatus, cœuriens, sitiens, ut hac imagine consolemur nos peccatores, quia talcm habemus principem.

<sup>2</sup> Gentilis et adultera quanta modestia suscipitur, et docetur, occasione utcūq; accepta. De fonte uiuo. i.

D 4 fide

fide quæ salit in uitam æternam.

3 Certe pharisæus hanc ne uita quidē dignam iudicasset. Vnde ipsa ait. Non conueniūt Iudæi Samaritanis &c. Hic gentiū uocationē significat, hic se consolentur peccatores, qui se peccatores agnoscunt.

4 De adorando in spiritu &c. Tales pater querit, ergo carnales adoratores non uult, qui est externus ille & fictus dei cultus.

5 Christus esurit salutem peccatorū, nō querit sua.

6 Prophetæ laborauerūt, credentes promissionibus nondū exhibito Christo, uerbū dei & semē primi accepterūt. Iam oīa parata sunt, quæ ipsi expectauerūt. Ipsi prædicauerūt uentura, uos exhibetis præsenzia.

### SABBATHO.

Perrexit Iesus in montem Oliueti. Iohan. 8.

1 Non prohibet Christus plechi adulterium.  
2 Sed suo officio fungēs ostēdit oēs esse peccatores.  
3 Lex exigit pañam. Euangelion cōdonat omnia ex corde resipiscētibus.

4 Verū, deus solū nouit qui ex corde resipiscunt. Ergo legis ministris manet integrū ius gladij, quantum cunq; resipiscant peccatores uel malefactores corā deo, nisi spiritus in ministris legis aliter iudicauerit, ut parcatur illi, cui etiam parcit communitas &c. Hic ministri utantur sua libertate, lex nō cogit eos.

Feria

## FERIA II. POST LAETARE. 29.

1 Prope erat pascha &c. Iohan. 2.

2 Quid aliud hodie ē ecclesia q̄ clericorū nūdīatioē

3 Cultū dei uocant i. Timoth. 4. Estimantes quæ-

stum pietatē, sed Christus eos eijscit ē regno suo.

4 It hic aliud signum non accipiūt q̄ Ionae prophē-

te, ut supra.

5 Nō credebāt &c. Exemplū, ne permittamus nos

iudicijs hominū, q̄ etiā nescimus quid sit in homīne. 1. Cor. 2.

## FERIA III. POST LAETARE.

1 Cum iam dimidium festi Iohan. 7.

2 Quomō hic literas &c. Caro nō aliā sapientiā no-

uit quam humanā, spirituales aut sunt theodidacti.

3 Nemo cognoscit Euangelion esse uerum, nisi qui

quesierit obsequi uoluntati patris.

4 Gloriam suā non dei querit, qui sua prædicat, &

docet humana somnia, siue uerbum dei sine spiritu.

5 Hypocritæ simulant le gem, & non faciunt, et cō-

demnant libertatem Euangeliij.

6 sicut Iudæi dicunt se scire unde Iesus sit, & non

eū esse Christū. Sic et hodie dicūt hypocritæ se scire

Euāgelion, et tñ Euāgelion non iustificare, hoc est,

Euāgeliō nō esse Euāgeliō, et Christū nō eē Christū.

7 Nondum hora &c. ut supra.

## FERIA QVARTA

D s Præ

**Præteriens Iesus, Ioan. 9.**

- 1 **R**atio sic argumentatur. Hic patitur, ergo est peccator. Illi omnia bene succedunt, ergo est deo charus. Argumentum amicorum Job per totum fere librum.
- 2 **C**hrus autem ait, crucem imponi nobis ad gloriam dei.
- 3 **D**onec dies est. id. donec appareo in mundo per Euangelion. Venit nox. sed dum non apparebo, ubi non prædicabitur, tunc nemo poterit operari opera dei.
- 4 **L**uto credo legem significari, quae indicat cœcitatem, non auferit, donec uerbo Christi lauentur, baptismo spiritus. Nam cœcus, omnes nos significat natura, et à nativitate carnis cœcos esse, quae cœcitas cedit in gloriam dei, dum ex mera gratia nos illuminatos agnoscimus. Aduerte obedientiam cœci et ceterum.
- 5 **C**onfitetur et prædicat intrepide Christum benefactorem, quis fuerit, unde excommunicatur, et blasphematur eius uerbum.
- 6 **N**os scimus quod Moysi locutus est etc. Hæc est gratia tentatio, dum ratio uerbo dei, uerbū dei opponit.
- 7 **T**entatio facit ut proprius Christū agnoscamus.
- 8 **I**n iudicium et ceterum. Matth. 11. Abscondisti hæc à sapientibus et ceterum. Esa. 6.

**FERIA QUINTA.**

- Pater meus usque modo operatur et ceterum. Ioan. 5,
- 1 **Q**ui damnales meum opus in sabbatho, damnate et pater

¶ patrem qui nunquam operari cessat , pater & filius  
us unius sunt uoluntatis, & eadem operantur.

- 2 Reliqua in Euangelio pro defunctis.
- 3 Locus de sabbatho.

## FERIA SEXTA.

¶ Erat quidam languens , Ioan.ii.

- 1 Mors , et oia mala , iſticta ſit nobis ppter peccatum . **Roma.5:2**
- 2 Promiſſus erat Christus , ut à talibus liberaret ,
- 3 Deus uult in nostris malis gloriſicari . Consolatio  
resipiſcentium .  
(rimus.)
- 4 Bona opera facim⁹ , dū crucē nobis à deo ipoſitā fe-
- 5 Lapidare &c. Infirmitatis Apostolorum exempla  
plum , ad nostram consolationem .
- 6 Nonne duodecim horae diei &c. id est , tempus  
mei ministerij , non perdurabit . Significat illum esse in  
luce , & non impingit , qui ſequitur ſuam uocationem  
ut cunque impedire nitatur mundus .
- 7 Ut credatis ergo ut gloriſicetur &c: Item de coe-  
conato .
- 8 Moriāmur . Hęc eſt confidentia nōdum tentati .
- 9 Fides Marthæ ſicut Petri . Matth.16 .
- 10 Euangelion . Ego ſum resurrectio & uita , qui  
credit &c. Ista eſt ſumma ſummarum huius historiae .
- 11 Inſcriuit &c. Indignatus aduersus regnū mo-  
tis , quod uenerat deſtructurus .

Omnia

12 Omnia agit & iubet Christus, quo exerceat fidē  
duarum sororum & discipulorum.

Rom. 10. 13 Ego autem &c. Fides semper auditur.

14 Verbo Christi suscitātur mortui. Doctrinæ homi  
**SABBATHO.** (hic nihil possunt.

Ego sum lux mundi, Ioan. 8.  
1 Sine Christo oia esse tenebras, nihil intelligi aut re  
cte iudicari sine hac luce. Quid ergo nobis cū traditi  
onib⁹ humanis? Quid cū cōsuetudine? Quid cū Fran-  
cisco et Augustino? Quid cū iustitijs operū? Mūdus i  
tenebris est, quicqd nostrū est, damnatū est sine Chrō.

2 Hypocrite patrē deū ignorāt, quē tamē maxime  
uidentur colere, quia Christū dei iustitiā esse nō cre-  
dunt, et si credere se dicāt, tamē mentiuntur, quia fa-  
ctis negant, id est, alia uia querūt salutem. Titum. 1.

**FERIA II. POST IV DIC A.**

1 Adhuc modicum tempus uobiscum sum, Ioan. 7.  
Adhuc i. nondum uenit hora mea, ut me capiatis.  
Consolatio, quod ante horam à deo constitutam nihil  
fiet nobis. Vbi uero uenerit, certi sumus, quod hec cō-  
tingunt uobis, bona patris uoluntate.

2 Hypocrite uerba Christi ignorant. Contra Ioann.  
14. uiam scitis &c.

3 Euāgelion, si quis sicut ueniat ad me et bibat, Qui  
credit &c. Si quis sicut iustitiam, si quis in se non inue-  
nit ius-

*nit iustitiam. Consolatio maxima peccatoribus.*

31.

### FERIA III.

**A**mbulabat Iesus in Galilea, Ioan. 7.

- 1 **F**uga Christi, ne temere nos committamus & obiciamus morti, dum non opus est, ne cadamus. Ceterum uocatio dabit occasionem, quando ueniet hora nostra.
- 2 **F**ratres sunt consanguinei & ciues eius, Ioan. 1. sui eum non receperunt.

3 **V**ides hic carnis nullam prerogatiuam.

- 4 **T**empus meū etc. Vos uultis glorificari in carne mea, & mundi queritis gloriā, ad qd' semp tempus habetis in mundo, ego non possum ante tempus glorificari
- 5 **Q**uidā dicebant &c. Natura Euāgelij, ista parit.

### FERIA QVARTA.

**F**acta sunt Encœnia, Ioan. 10.

- 1 **E**ncœnia, dedicatio ex institutione Machabeorum, non ex lege.

2 **L**oquor &c, Verbo meo non creditis, quia non ueni terrenus rex, quem Messiam speratis.

- 3 **D**eus testificatur per opera de Christo, & adhuc testificatur in corde, Roma. 8.

4 **I**uangelion. Oves meæ uocem meam audiūt. Sim. Ioan. 6. gula uerba sunt tractatu digna.

- 5 **C**onsolatio maxima. Oves Christi perire non possūt.

6 **L**ocus de diuinitate Christi.

Feria

## FERIA QVINTA.

¶ Cum audisset quidam de turba, Ioan. 7.

1. Natura Euangelij facit dissentionem, Num & Galie  
lea &c. Itiam scriptura producitur contra Christum,  
tanta obstante ne credatur.

2. Nunquam sic etc. Tam potens est dei uerbum &  
efficax, ut etiam increduli fulgore huius lucis terreantur,  
sicut et hodie (Christo gratia) uidemus.

3. Nunquid ex principibus etc. Testimonium sibi  
suae reddant coecitatis. Quia enim sapientia perierunt,  
dum uulgaris, stultum iudicant esse.

4. Nicodemus, testimonio est contra illos, etiam ex  
principibus quosdam credidisse, Ioan. 3. ¶ 12.

## FERIA SEXTA.

Collegerunt pontifices, Ioan. 11.

1. Hoc consilium quoq; est in concilio congregatis.  
Timemus perdere populum, honorem, pecuniam, sci-  
licet si prædicabitur Euangelion, sic omnes credent.

2. Prophetia Caiphæ.

3. Iam destinata est malicia in morte Christi, auditio  
Caipha, q; iam penitus occupauerit corda eorum Sas-  
than, sicut de iuda legis.

Luc. 22. 4. Non palam &c. Noluit se obijcere morti anteho-  
ram, ut supra.

## SABBATHO POST IUDICA.

Et in

**C**Et in profeſto Ascensionis.

32.

Pater uenit hora &c. Ioan. 17.

1 **V**enit hora, scilicet, ut glorificer per mortem, &  
redimam quos mihi dedisti.

2 **C**larifica, scilicet resurrectione, Clarificat resur-  
rectione per orbem.

3 **E**uangelion, hæc est uita æterna, quid ergo opus Roma. 1.  
est alia cognitione.

4 **P**riusquam mundus etc. Ad prædestinationē per  
tinet, sic et nos. Ephe. 1.

5 **M**anifestauit &c. Exponit quod dixerat, clarifica  
uite &c.

Christiani non sunt mundus, Sed tamen in mundo  
i. periculo, ergo opus habemus pontifice Christo q  
intercedat apud patrem, sicut hic facit.

> **S**anctifica eos i. tuos. Segrega eos tibi in uerita-  
te i. in uerbo

6 **N**on pro eis autem rogo &c. De nobis prædictit  
Orauit patrem.

7 **V**t omnes unum sint &c. Gratia Euangelica hæc  
est, quam mundus capere non potest, Et enim opus  
dei patris hæc unitas.

i. Tim. 2.

F I N I S.

241448-1

241065-22

241448-1

241065-22

241448-1  
241065-22

241448-1

241065-22

A 1 2 3 4 5















